BIBLIA LATINA, BD. 2

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Incipit prologus in ysayam prophetam.

Nemo cum prophetas
versibus viderit esse
descriptos metro eos
estimet apud hebreos
ligari et aliquid simi
le habere de psalmis vel operibus
salomonis sed quod in demostene
et tullio solet fieri ut per cola et
commata scribantur qui utique pro
sa scripserunt et non versibus.
conscripserunt. Nos quoque utili
tati legencium consulentes inter
pretacionem novam novo scriben
di genere distinximus. Ac primum
de ysaia sciendum quod in sermo
ne suo disertus sit quippe ut vir
nobilis et urbane elegancie nec ha
bens quidquam in eloquio rusti
tatis admixtio. Unde accidit ut
preceteris florem sermonis eius et
translacio non potuerint conservare
Deinde et hoc adiciendum quod
non tam propheta dicendus sit.
quam evangelista. Ita enim universa
christi ecclesie que misteria adliquidum
est prosecutus ut non eum putes
de futuro vaticinari. sed de preteritis
historiam texere. Unde conicio no
luisse tunc temporis. lxx. interpre
tes fidei sue sacramenta perspicue
ethnicis prodere ne sanctum canibus et
margaritas porcis darent. Que
cum hanc edicionem legeritis ab
illis animadvertetis abscondita. Nec
ignoro quanti laboris sit prophetas
intelligere. nec facile quempiam et
posse iudicare de interpretacione
nisi intellexerit antequam legerit.
nos quoque patere morsibus pluri
morum qui stimulante invidia quod
consequi non valent despiciunt. Sed
sciens ergo et prudens in flammam
mitto manum. et nichilominus hoc a
fastidiosis lectoribus precor. Ut quo
modo greci post. lxx. interpretes. aqui
lam et symachum et theodocionem le
gunt. vel ob studium doctrine sue.
vel ut lxx. magis ex collacione eorum in
telligant. sic et isti saltem unum post
priores habere dignentur interpretem
legant prius et postea despiciant ne
videantur non ex iudicio sed ex odii
presumpcione ignota dampnare.
Prophetavit autem ysaias in iheru
salem et iudea nec dum .x. tribubus
in captivitatem ductis. ac de utroque
regno nunc coniunctim. nunc separatim
texit oraculum. Et cum interdum
ad presentem respiciat hystoriam et post
babilonie captivitatem reditum
populi significet in iudeam. tamen
omnis eius cura de vocacione genci
um et de adventu christi est. Quem
quanto plus amatis o paula et eu
stochium. tanto magis ab eo petite
ut pro obtrectacione presenti qua me
indesinenter emuli laniant ipse in
mercedem restituat in futuro. qui
scit me ob hoc peregrine lingue
erudicione sudasse ne iudei de fal
sitate scripturarum ecclesie eius di
utius insultarent.

Ysaias in iherusalem nobili genere
ortus est. Ibique prophetavit sub
manasse rege. sectus in duas partes
mortuus est. Sepultus quoque est sub

K. K. Studien Bibliothek Salzburg

2